

Eam 432

IN
 PIAM ET PERENNEM MEMORIAM
 ILLUSTRIS QUONDAM ET EX-
 CELLENTISSIMI VIRI
DOMINI,
JOANNIS JACOBI
ZINCKII,

SERENISSIMIS DUCIBUS SAXO-LI-
 NEÆ MEININGO-COBURGENSIS
A CONSILII AULÆ ET REGIMINIS
 OB EREGRIA MERITA SPECTATISSIMI,

HOC
 QUICQUID EST MONUMENTI,
 PRÆMatura BEATI VIRI FATA
 DOLENS MOERENSQUE
 EX TERRIMO ANIMI AFFECTU,
 CUM SINCERO OMNIS DIVINI COELESTISQUE
 SOLATII, AD FRACTAS LUGENTIUM PROXIMORUM
 MENTES FORTITER ERIGENDAS,
 VOTO,
 STRVERE VOLUIT,
 DEBUIT
 BEATI, DUM VIVERET,
 TOTIUSQUE IPSIUS AMPLISSIMÆ ÆSTUMATISSIMÆQUE
 FAMILIÆ AD CINERES DEDITISSIMUS
 AMICUS, EIDELISSIMUSQUE SERVUS ET CULTOR.

IMPRES. MEIN. d. III. JUN. A. R. S.

M DCC. XLII.

AK



A Deste!

Quotquot estis hujus civitatis
proceres, cives.

Lugubri vos voce ciet praeco:

Exequias beato Viro

ILLUSTRI ET EXCELLENTISSIMO QUONDAM
DOMINO

JOANNI JACOBO ZINCKIO,

Quibus est commodum ire, jam tempus est, ollus ex ædibus ecferetur.

Dignus est honore postremo,

Dignus cupresso,

Lamentabili præficae voce dignus, imo superior!

Virtus, pietas, probitas funebri major nenia!

Erat enim pius Dei cultor,

Ducum Serenissimorum fidus minister,

Aulicus,

non ad morem vulgi compositus
adulator abjectus, aut ad auram aulae consilia attemperans,
sed verus, sed sincerus, sed in commune consulens.

Erat Judge religiosus,

civis

Eob præbitatem omnibus probis per quam dilectus,
Amicorum Amicus optimus,

Maritus & Parens

Amantisimus, desideratissimus.

Idcoque

merito suo lugendus.

Eheu!

præmatura fata quis non incusat?

Ipsi Duxes Serenissimi,

Collega

cives

Amici conqueruntur.

Vidua, conjux charissima, conjugem charissimum

tam subito ex amplexibus sibi abruptum luget,

lacrimas & voces lamentas conjungit liberorum eximiae spei par,
parentem tenerissimum, pernecessarium

inque solatium & auxilium sibi datum,
tam cito ablatum.

Officia hæc sunt pietatis!

Ait!

Et dolori & querelis sius sit modus!

Quem mortuum lugetis,

Mortales,

jam vivus inter vivos

&

Beatus inter beatos gloriatur.

Gaudet, se jam intricatis vanitatum vinculis solutum.

Nihil enim non vanitati subjectum.

Omnis sub ea ingemiscimus.

Nec Purpura

nec Aula,

nec gloria Magnatum

cujus miseram conditionem splendor inanis celat,

vanitate exempta.

Cura, dolor, sollicitudo, inconstantia fatorum, improborum nequitia,
stultorum inertia, labor sœpius frustraneus & ingratus,

mortalitasque denique ipsa

omnes omnium status, ordines, dignitates,

vitamque de vanitate conqueri jubet,

&

optimum quemque & prudentissimum maxime fatigat,
docente id nos sapientissimi, felicissimique

Regis pio effato.

Agite dum Mortales!

Beati monent Beati Nostri manes,

Mature ex his vanitatum tricis vos eripite,

ne oscitantes forsan & inviti eripi amini.

Eadem vos expectant fata.

Discere quam vana sint omnia!

Mundi gloria vos excœdat?

Heu!

quam fluxa est, quam cito transit gloria mundi.

Quem enim dies veniens vidit superbum, hunc dies fugiens
sœpius vidiriacentem, omnemque simul ipsius gloriam.

Divitiae vos detinent?

O! bona caduca, incendiis, fluctibus, rapinis exposita.

Voluptates vos delectant?

sunt venenata, mortem afferunt amantibus, magno luendæ postea.

Vera pietas, Virtus non fucata, magnanimus vanitatum contemptus

&

mens recti conscientia.

Hæc sola bona constantia, perennia & perpetuo duratura.

Hæc nunquam' vos miseros,

nunquam infelices,

nunquam vanitatibus sinent oppressos,
sed vivos, mortuosque beatos præstabunt.

Agite, quantoctius fecitamini hæc!

Dicite Beati Nostri exemplo,
brevem vitam in longam collocare utilitatem.

Vitam ipsi meritis breviorem fuisse querimur,
quod vix quinquaginta & sex annos transgressa.

Vertum

quaæ ad Dei gloriam, proximi cœmmodum,
& propriam salutem impensa vita,
non brevis, sed cito absolute & perfecta dicenda.

Sequimini ergo Mortales

Ethnici, non ethnicum consilium:

Nolite reliquias vitæ vobis reservare!

nolite tempus ultimum bonæ menti destinare!

aut tum demum vivere incipere,

cum iam destinendum est.

Stulta est mortalitatis oblivio sana consilia

ad extremum differre,

& inde vitam velle inchoare, quo pauci perducunt.

Singula momenta in usus vestros convertite

quaſi singulis morituri.

Bene vivetis, & bene moriētis,

si tales vos esse memineritis semper,

quales estis,

mortales.

Vos autem,

quiſis amor, quiſis pietas, quiſis cognatio,

planctus, lacrymas & suspiria

exprēsūt,

parcite tandem fleru ſollicitare cineres,

parcite nimio merore triftia conqueri fata.

Lacrymī coeli decreta non moventur

Omnium hoc ultimum est: Vixit.

Sed bene vixisse piorum ſolatium est.

Nihil restat.

Præfica jam clamat;

ILIC ET!

Ergo

Vale, Vale, Vale.

Sit tibi terra levis, Virque o dignissime vita!

Æternis coeli perfruerere bonis.

78M 378

ULB Halle
003 076 938

3



IN
 PIAM ET PERENNEM MEMORIAM
 ILLISTRIS QUONDAM ET EX-
 CELLENTISSIMI VIRI
DOMINI,
JOANNIS JACOBI
NCKII,

DUCIBUS SAXO - LI-
 GO-COBURGENSIS
 ULÆ ET REGIMINIS
 ERITA SPECTATISSIMI,
 HOC
 EST MONUMENTI,
 RA BEATI VIRI FATA
 NS MOERENSQUE
 IMO ANIMI AFFECTU,
 MNIS DIVINI COELESTISQUE
 AS LUGENTIUM PROXIMORUM
 ORTITER ERIGENDAS,
 VOTO,
 VERE VOLUIT,
 DEBUIT
 DUM VIVERET,
 PLISSIMÆ ÆSTUMATISSIMÆQUE
 CINERES DEDITISSIMUS
 IMUSQUE SERVUS ET CULTOR.

MEIN. d. III. JUN. A. R. S.
 M DCC. XLIII.

Farbkarte #13

